An eloquio Gallicos tandem fines pede reuerso accessit, ubi, sua eloquentia & doctrina edidit testimonia. Quartum enim vix & vigesimum annum exigitans innumera voluminum varietate (posteriori consilens) sua doctrina monumenta edidit, sequacibusque suis hac digesta serie reliquit. Orationem de diu Ludouici Francorum rege, & gentis Gallorum laudibus ad Franciscum Valesum Delphinum,

Orationes & epistolas prope innumeratas. Elegias & Epigrammata varia.

Commentaria in Plinium quae Pictauij publice cum summa omnium admiratione doce & eleganter interpretatus est.

Quedam in iure ciuili dum illud Pictauij publice profiteretur.

10 IOHANNES Stephanus floruit hac nostra tempestate, natione Italus, Versellarum episcopus, cardinalis Bononiensis, & rei literariorum cultor exactissimus, quem quanto excellentioribus & eminentissimis fortuna dignitatibus euerit, tanto natura nobilioribus decorauit animi dotibus. Hic nempe cuncta etiam dignitatis clarissima fastigia otio litterario & rerum exquisitis naturis semper postposuit. Et suo tandem infatigabilis labore & industria effect, ut Aristotelis magna moralia priscis seculis nunquam praecognita nobis communia fecerit, quae Iacobus Faber nostri seculi philosopheminentissimus, & philosophiae defensor acerrimus ipsius auctio impressioni commisit posteris fructus non exiguo allatura.

10 GUILHELMVS de Mera floruit hac tempestate, natione Neufrisi, ex deferro Cöfiantini pago oriundus, a parentibus nobilis profapiæ, atque sanctissima vita precreatus. Nunc cathedralis ecclesie Constantiensis canonicus ac thesaurarius, orator ac poeta insignis. Hunc adhuc puerum existentem insignis theologus doctor Iohann. Boucardus quondam Abrisen. episcopus ac confessor regius suscepit in disciplinis cducandum ob praelatas animi dotes quasi in pueru cernebat. Nec solum ipsum per alios curabat erudiendum, sed etiam ipsem quando per otium vacabat, eruditus non parum se oblectans in tam fertilis agricultura. Ac tantum de praelaria eius in sole sperabat, ut non dubitauerit cum in ea etate beneficio donare, maiora profecto daturus si superuixisset. Denique Guilhelmus ipse ad praelate studium Parisiensis profectus in modico temporis intervallo eo eusit, ut nullus in arte oratoria aut poetica eo celebrior habere tur. Vnum Ro. Brissone-
tus quondam Remensis archiepiscopus, ac Franciæ cancellarius in tanti viri famam au-
diens cum sibi in secretarium accersiuit. Quo quidem Roberto mortuo Carolus Octanus
destitutus Guilhelmu[m] cancellario suo Guidoni de Rupeforti. Carolus enim ipsum
Guilhelmu[m] diligebat propter ritmos non insulsos quasi ipsius lingua gallica nouerat ele-
gansime componere, & etiam propter artē scribendi in quoqueq[ue] literarū genere in qua
sibi pareret non inueniebat. Postea reuerendiss. cardinalis S. Maclouij Guilhelmu[m] Brissone-
tus sibi à Guidone de Rupeforti imperauit ut esset eius auricularius, apud quem diu
manit. Sed demū curialium misericordiam pertulit, ac ieporis lacturam egre ferens cocessit in
studiu[m] Cadomense ybi rectoria dignitate, & postmodum laurea doctorali in viro que
iure donatus est. Estque in eo studio iura pluribus annis professus, tandem in canonicum
ac thesaurarium cathedralis ecclesie Constan. assumptus, ybi residet foli Deo seruens, &
bonis literis quibus posteritatem ditatus est.

Hac sunt quæ iam extant sua doctrinæ testimonia.

Conflictus in Chimerâ ad Iohan. de Ganayum magnum Franciæ cancellariu[m] opus
finis regium atq[ue] sanctum, in quo illa tria precipua virtus quibus totus mundus inficitur
aquevenenatur, superbiā scilicet, libidine, atque avaritiam eleganter in se latus est.

Opusculum de sacra eucharistia ad Guilhelmu[m] Constan. episcopum.

Paraphasis in Muscum de Herone & Leandro ad Nicolaum de Cerulay sancti Germani Parisiensis decanum.

De amoribus liber unus ad eundem.

De laudibus liber unus ad Io. Brissonetum regiorum calculorum praesidentem.

De probribus liber unus ad Carolum Guillart Parisei senatus praesidentem.

Neniarunt ac epithaphiorum. lib. i. De diuinis.

Multa præterea in oratione pedestri scriptis quæ nondum in lucem prodierunt.

MATTHEVS Ebroicen. Normannus, ordinis fratrum predicatorum, profun-
dissimus scripturarum inagator, vir virtute religione plenus, ac literis super pentheatu-
cum Elia & alios quæplures veteris ac noui testamenti libros egregiam fecit post illa, que
in libraria comuni conuentus Ebroicen. supradicti ordinis cuius alumnus fuerat deposita
habetur. Floruit autem ut ex quibuscum eius scriptis apparet circa tempora Caroli sexti Fran-
corum regis. Huius libros cum per quaternos dispersi essent recollecti frater Robert. Bai-
guardus

theoraij

TOPICA

guardus theologiae doctoꝝ & confessor Christianissimi Francorum regis Caroli septimi eorundem ordinis & conuentus, ipsoque reposuit in communि libraria eiusdem domus.

G V I D O Ebroicen. egregiorum sermoni compilator, circa hęc etiam tempora floruisse creditur, eiusdem ordinis frater, qui etiam pr̄ter regulas tichonij quādā aptissima dedit documenta ad sacra scriptura senatum capescendum, ostendens ex quarti rerum ignorantia in doctrina sacra expositione errare sapientem contingit, quā in quotundam conuentuum bibliothecis inter cetera eius opera collecta inueniuntur.

L A V R E N T I V S Geruasii de conuento Lexouien. ordinis pr̄dicatorum in Normannia, Regnante Ludouico undecimo Francorum rege apud Parisios clarus habitus est, doctoꝝ, theologus, vir utique scientia & doctrina famatissimus, qui propter excellentem eius sapientiam cum maxime sanctissimi doctoris Thomae Aquinatis doctrinam calleret ad reformatum in melius Colonense studium missus, cum ibidem supra modum profecisset exinde rediens apud Diuionum Burgundiae oppidum specie reddidit, ibique cum fratribus sui ordinis sepultus, utilia valde opera quae copulata magistri Laurentij Geruasij dicuntur super totam summā theologiae angelici doctoris (cuius videlicet doctrinam viceret emporium dicebatur) reliquit.

S I L V E S T R E de Prio Bononiensis. ordinis fratrum pr̄dicatorum doctoꝝ venerabilis, ac clarissimus sane doctrinæ sancti Thomae Aquinatis expositor pariter & acemius defensor, circa tempora Innocentij octauo pontificis maximi in Lombardia floruit. Scriptis enim defensorum doctrinæ S. Thomæ quæstio. Io. Capeoli scripta brevians, luce clarius doctrinam sanctissimi doctoris irrefragabilem demonstrat, ex ipsius dictis omnibus aduersantium argutias dissoluens. Scriptis etiam introductoriis logice.

Item summam sermonum quæ rosa aurea nuncupatur.

Item summam de casib⁹ conscientiæ.

Item malleum Scotistarum.

Item super 4. libros sententiarum.

Adhuc usque tempora perseverat scribendo, Bononię degens usque videlicet ad annum Domini D XI. supra millesimum.

D O M I N I C U S de Flandria, doctoꝝ clarissimus, eiusdem ordinis Bononiensis, cīdem temporibus quibus & præcedens.

Scriptis quæstiones metaphysicales.

Quæstiones de anima. Item super libros posteriorum.

Obiit autem præsidente in cathedra Petri Alexandro octauo summo pontifice.

P A V L U S Soncinnas eiusdem ordinis hisce temporibus.

Scriptis quæstiones Metaphysicales.

Item super prædicabilia & prædicamenta.

Eodem tempore, vel eo circa quo & præcedens vita functus est.

FINIS.

APPENDIX

EPISTOLA MAGISTRI IACOBI WIMPHELINGI SLETSTATENSIS.
ad reuerendum patrem, Dominum Iohannem Trithemium abbatem Spanhemensem, in additiones Catalogi Germanorum.

I A C O B U S Wimpelingus Sletstatinus, reuerendo religiosissimoque patri, Domino Iohanni Trithemio abbatи Spanhemensi, sacro sancti ordinis diuini patris Benedicti, saltem plurimam dicit. Tanta est tuę paternitatis innata quidem humanitas, clementia, comitas, quæ indignissimum me homuncionem, & amare, & amore lucubratione tua coegerit aperire, qui de te nihil bene meritus sum, neque unquam propter status angustiam tibi benefacere posse confido. Dulcissime pater, fruor ingenio tuo, fruor donis, fruor laude tua: omnia haę tuę liberalitati, tua clementia, tua mansuetudini tribuo. Et virinam vel mortuis characteribus tibi gratias agere possem (nunquam enim factis aut operibus potero referre) quod tibi ex uno labore duplē feci. Postea enim quam Catalogum Scriptorum Ecclesiasticorum (opus profecto clarissimum) consummauisse, quietendum tibi fuit. Nunc ego te permoui, vt ex abyssō & densa virorum illustrium sylva, quin Christiana religione sub quacunque gente scripsissent, separatam atque singularem mihi Germa-

Germania lumen partem excerptis (adiunctis non paucis qui tibi interea occurrerunt) quam tanto iocundius legi, quanto minus tam ingentem excellentium virorum copiam in Germania fuisse credidisse. Adieci ego (veluti videbis) nonnullorum vel sola nomina, quoniam eorum opera perquirere mihi non licet. Committamus hoc omnino posteritati, ut si futuri sunt vngnā in Alemania qui nationis & patriae sua laude ac gloria amabunt, addant de sua vena, ubi nos iam destitutus, ipsi quidē posthac incepturi. Non enim de cetero reprobabit inter Germanos illepidam crudam; barbaries, nec verū semper prædicabitur, q[uod] apud Locanū quondam introducit Cato dixisse. *Me gemina figant actes: me barbara telis Rheni turbet.* Existimant n[on] plerique; gloria propriā exaggerare, alienam attenuare soliti, eam Rheni non aut Germaniae barbariem à lulii temporibus ad nostram usque etatē inuoluissent. Id quod verum sit, vt intelligent, utinam meditarentur diui Hieronymi verba, qui inter ceteras temur calamites. Alemania quoque miserabilem ruinā deflet, excelitas Rheni quidē vices nequaquam prætergressus. *Moguntiacum, inquiens, nobilis quondam crustas capta atque submersa, & in ecclesia multa hominum milia trucidata, Vangiones longa obfisione delitti.* Nemetis, (quoniam Spira est) Argentoratum (qua nunc Argentina vocatur) populat sūnt. Nunquid diuis Hieronymus Moguntiae, Wormacie, Spirae, & Argentiae illuistrissimarum suarum tempestatis urbium, præclara mœnia, locosque munitissimos aut opes, magis doluit vastari quam in eisdem florentissima plurimorum ingenia miserabiliter interire? An Hieronymus illarum ciuitatum cladem aut exitium meminisset, si non in eis fuisse tum pientissimos Christicolas, tum doctriνis & sapientia præstantes viros cognouisset? An non est prævalidum & victoriosum argumentū extitisse quondam in Germania doctos plurimos, tam afflens vetustissimum volumen copia? An indocti fuere vel austores corundē, vel scriptores, aut qui scribi mandauerunt, aut qui eis quotidie vī sūnt? An vero humectemodi clarissima volumina, ex Hispanijs, ex Austronia, ex Anglia, in Germanorū bibliothecas olim translatā sunt? De oratore Tullium, & Quintilianū ipsum in Alemanorū latebris inuētos esse, Itali confitetur. Æneas quoque Silvius inter Germanos educatus Gregorio Heimburgensi Theutonicō dissertissimo iureconsultissimoq[ue] scribens, inter ea tera sic ait * *Inueni quid sanctū Gallum (q[uod] Suevorum est oppidum) in veteri monasterio bibliotēca peruersus, ubi ex libris reperi ornatisime conscriptos, quorū auctores fuerunt Theutones. Mirabar, cur pride nihil eloquauit bis in regionib[us] eluciasset, sed venit in mente, apud Italos quaq[ue] tempus fuisse, quo secula dicendi facultate barbarorum insita dominabatur. Ante centum ferme annos & ante trecentis quadringentis inueniuntur, qui per Italiam sermonē habuerit tersum & lucidum.* Neque Cornelius Tacitus negat, non semper apud Italos eloquentia floruisse, ita exorsus: *Sepe ex me requiris, iuste Fabi, cur tamen scula tot eminentiū oratorū ingenij gloriaq[ue] ejus honorent, nostra potissimum artis deserta & laudata, vix nomine ipsum oratoris retineat.* Quocirca ne deinceps Germanos ceterae nationes obinterceptā aliquando fortassis bonarū literarū notitiā despiciant, dignetur meminisse & apud suos quandoq[ue] temporū infelicitate philosophia & eloquentia studiū interpolatum interclusumq[ue] fuisse. Neque enim ex interceptione disciplinarū, quā tempore quoque facta creditur, censendū est omnib[us]. retro seculis Germania literatu defuisse cultores. Non defuerunt Caroli Magni filiorumq[ue] eius temporib[us] Germaniē doctissimi viri. Testes sunt, qui vtrumq[ue] testamentū glossa nobilissima interpretati sunt. *Testis est qui sanctū & admirabile opus de Dominicā crucis laudib[us] carmine sine cuiusq[ue] imitatione cōscriptis.* Testimonii præbent ornatisima vetustissimaq[ue] diuersis in locis Epigrāmata, quā hodie extant, quā in Moguntiaco, cōnobiojsque plurimis Rhenō finitimi, nos ipsi summa cum inuiditate vidimus, & lectoribus. Profecto si nunc videat Cornelius Tacitus Germaniā, non scriberet (vt olim) in formē terris aperā calo, triflē cultu aspectūg. Sic & qui quondam Barbaros vocauerit Germanos, si pectoris que noſtrates, corumque ingenia pernoscerent & contemplarentur, labris suis digitum admouerent.

Aut si vetustatis præclara vestigia contuerentur, sū apte confirmarent, difficile posse numerari quot vari præstatites, quanta scientia, quantaq[ue] in studijs suis copia fuerit, & quanta varietas apud Germanos, qui non vna aliqua in re separatim elaborarunt, sed omnia, quocunq[ue] possent, vel scientia peruestigatione, vel differendi ratione cōprehendentes. Quis ignorat fuisse inter noſtrates summos ac præcipuos Mathematicos, & astrorum exploratores? Quis denique ignorat eā cœli syderūq[ue] notitiā ex Germania nuper ad exteriores nationes præsertim ad illustres Italos esse profectā. Itaq[ue] quocunq[ue] me animo & cogitatione conuertā, permultos excellentes in quocunq[ue] genere video Germanos non mediocris artū, sed prope maximarū. Ne vero nationū externarū candidi laudatores mendacij nos arguant, tuo Pater reverende Catalogo, quid de Germanis sentire debeat, admonetur.

theoraij

PER
TOPICA

ADDITIONES NONVLLORVM

tur. Quidnam deinceps obijerent? An Deus, à quo omne datum optimum & omne datum perfectum & desursum est, sicut à Simonide Metaphysicen diuinam scientiam mortalibus inuidere falso creditum est, ita & singulari quadam inuidia solos prosequitur Alemanos, non fauens, neque dominans eis metus aciem, viuax ingenium, cleuatum intellectum, alacrem industriam, firmam memoriam exercitationes ingenij, curricula mentis, in quibus desudent atque elaborent? Absit, nam sine inuidia Deus. Est enim gentilis Poeta qui canit: *Sua cuique exorsa labore fortunamque ferent; Rex Iupiter omnibus idem.* Tacco de doctissimis Germaniae virtutibus, qui hac nostra tempestate tum in Gymnasijs & Coenobijs, tum in Ecclesijs, Principumque cutijs in omni arte & quatuorquinque rerum notitia fiorent, in regulari Grammatica, in omni Dialetica, in Musicijs, in Geometrica, in aliorum Scientiarum, in Aristotelica philosophia, in cunctis naturalium rerum mysterijs, in moralibus dilectionibus, in oratoria, in poetica, in omnibus humanitatis literis, in sacratissimi legibus, in pontificis canonibus, in diuinis institutionibus, doctissimi sunt, & ingenio prestantes qui carmina in omni genere cudent, qui Historias & Cosmographiam egregie norunt, quicquidnam syntagmata scribunt. Tacco & de his Alemanis nostris, qui Graecas litteras non ignorant, Imo hodie supersunt Alemani, qui libros Graecos in Latinam linguam non inleganter transtulerunt. Etsi forte quidam Germanorum res sanctas viles & honestas solidissimasque sententias humili stylo scriperunt, an ideo floccipendendi sunt? Absit. Non sunt abiciendi veteres iure consulti (etiam Itali) non medici, non theologi, qui suas veras & optimas doctrinas, non verborum fuso & ventositate, sed quieto genere dicendi & methodi diocri latinitate sparserunt. An reiciendus est Bonaventura Italus? quo non est maior, non profundiior, non deuotior in scripturis sacris. An reiciendus est Iohannes Andreae antiochenensis? an Bartholus? an Baldus? an Abbas Syculus? an isti omnes reiciendi sunt, si quoniam horridi, impoliti, rudes & informes, propterea quod Scholasticorum more suas institutiones pedestri campo transcurrent? an non est censendus doctus: nisi qui more Tulliano elegantissime scribit? an vniuersi qui leues, lubricas, inutiles, & obscenae sententias platerato stylo, lascivia verborum, & licentia compositionis, extornare student, doctillii sunt iudicandi? Falsum est utrumque. Quanquam is certe prouectior est, qui egregijs gaudibus atque profundis sententijs melliti sermonis dulcedinem intermisceret. Sed non possumus omnes esse Scipiones, non omnes Nestori similes, ex cuius (licet veruli & penes sed crepiti) lingua melle dulcior fluebat oratio. Quapropter si nostros aliqui non accutato quidem, sed doctrinali quotidiano que sermone vni fuerit, non sunt aspernandi. Namque satis erat eis ita loqui, vt in rebus honestis intelligerentur. Enim uero sic uultico illa noua solum colenda est terra, qua vel aroma preciosissima vel praestantissima Bacchi munera profert; ita nec Tullianus solum orationes, aut terciora nobilitum vatum carminaboni viri suscipiunt, sed amplexantur etiam mediocres: legunt humili, quoque cothurno perambulantes. Denique meminerint (obsecro) detraactores inuidi, & acerimini lingue nostrae censores, mutati cum temporibus genera dicendi, nec statim deterius esse, quod duciem est, vitio autem malignitatis humanae vetera semper in laude, praesentia in fastidio esse. Satis constat, nec Ciceroni quidem obrectatores defuisse, quibus inflatus & tumens, actus pressus, supra modum exultans, & supereffluens, & partim antiquos videretur. Credidimus ego nostros philosophos non eloquentiae in scita deflexisse ab illa veteri & ornans via scribendi: Sed temporum argumenti & auditorum conditione pensata formata atque speciem orationis mutauisse. Desinant igitur exteri lacerare Germanos, qui sub piano & humili stylo negotia quondam altissima sanctissimaque descripserunt. Quid ille censor Latinae linguae Valla mordacissimus, dira & exacta sua reprehensione sibi peperit? quid aliud (in quam) laudis consequutus est post fata, quam quod de eo iuxta merita, pulchrum illud epigramma confictum, legitur & praedicatur ubique. Nunc postquam meus defunctus Valla petuis, non ander Pluto verba latina loqui. Iupiter hunc eoli dignatus pareret, Censorem lingue sed timeret effusus. Demum vt ad rem ipsam descendamus, reuerende patre, liquid nos ad tuum Catalogum addituri, à Romanis pontificibus Theutonicis exorti sumus, quos non arbitramur non excellentes, & ceteris multis non longe prestantiores. Reliquos deinde passim sine ordine, ita vt animum subierunt, coniunximus: Breuitatis, confusionis, indigesti & illepedi styla à candido Lectore veniam postulant. Valelegantissime Pater, ordinis diuini Benedicti vnicum decus & exemplar honesti, ex spiritu, is: calend. Octobris. Anno M. CCC. XCII.

PRO

ILLVSTRIV

CVM nuper
rendus pat
misisset, compe
quo/dālōis (me
tenus neglectos
mūs etenim nc
nullum penitus
ta sibi memoria
ditione ad fastig
nos corum non

STEPH
singulari & vitt
sublimati portui
claram, mōm
Huius quoque t
Germanorum.

GREGO
Electoribus (qna
prudentia sua sa
ali quando prol
tertio. Anno D

CLEMENT
ricum secundū
quam interfuturo
cyroque licer T
anno Domini M

LEO Pap
pius Bruno op
meruit. Ego cogit
nostrer mention
no Domini MX

VICTOR
synodus Flore
damnans depo
lituit. Claruit si

STEPH
Benedicti. Stati
subtraxerat, nur
Claruit autem

Et tantum
talogo obmissi
BRUNO
sus & clarissim
moderator, cu
relieto seculo &
sit; ibique mon
fuit Vrbanus P

HVGOD
vnde nostris m
bus ecclesiastici
Diuis Bernhar

ILLVSTRIVM VIRORVM.

PROSTHESIS SIVE ADDITIO.

ILLVSTRIVM GERMANORVM, IACOBI WIMPHELINGI SLETSTA-
tus, post Catalogum Domini Iohannis Trithemij Abbatis Span-
hemensis composta.

411

CV M nuper Catalogum illustrium virorum Germaniae meis precibus inductus, reue-
rendus pater Trithemius abbas Spanhemensis edidisset, cumque ipsum ad me trans-
misisset, compere deesse summos Romanae urbis pontifices ex Theutoniis assumptos, &
quodammodo alios (meo iudicio) memoria dignos: & indolui, statimque induxi animum, qua-
tenus neglectos adiungerem, & vel solis nominibus posteritati commendarem. Trithemius
etenim noster pientissimus pater hoc propositum me consciente dudum assumpserat,
nullum penitus suo Catalogo inserere, nisi cuius & tempora vita & opuscula ingenij cer-
ta fidei memoria innovisset. Ego vero, qui Germanum quempiam non sine singulari cru-
datione ad fastigium summi pontificatus assimi potuisse crediderim, quamvis opera ad
nos corum non peruerterint, nequaquam illos pertranseam.

STEPHANVS igitur Papa octauus, ex Germania natus, non est censendus absque
singulare & virtutum & doctrinarum excellentia, in sanctissimum Romanae sedis culmen
sublimari potuisse, quamvis Romanorum tyrannide vexatus, ut nihil magnificum aut pra-
clarum, memori aut dignum agere posset, aduersam sibi fortunam expertus sit cum dolore.
Hunc quoque meminit Sebastianus Murro Colmariensis de virtutib. & magnificencia
Germanorum. Claruit sub Ottone Imperatore primo anno Domini M. CCCC. XLII.

GREGORIUS Papa Quintus, genero Saxo, statutis, ordinatisque Romani Imperij
Electoribus (quibus Imperatoris electio irrefragabili perpetuitate commissa est) mirifica
prudentia sua sacrosancto Romano Imperio feliciter atque salubriter consuluit, veritus
aliquando prolem ab auctoritate patrijsque virtutibus degenerare posse. Claruit sub Ottone
terto. Anno Domini M. CCCC. XCV.

CLEMENS Papa secundus, Synderus ante vocatus, Bambergensis episcopus: Hen-
ricum secundum coronauit, qui Romanos in verba sua iurare coegit, Pontificie electione nun-
quam interfuturos, optimum & saluberrimum decretum à Pontifice & Principe Romanis
(utroque licet Theutone) institutum. Claruit sub Henrico tertio Imperatore secundo,
anno Domini M XLVII.

LEO Papa nonus, Alsatius natione, ex comitibus de Egesheim, sanctitate clarus,
prius Bruno episcopus Tullensis, monachus diuini patris Benedicti, vocem e coelo audire
meruit: Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis. Et de hoc in Catalogo suo Trithemius
noster mentionem fecit, & similiter Sebastianus Murro. Claruit sub Henrico tertio, an-
no Domini M XLVIII.

VICTOR Papa secundus Gebhardus ante vocatus, episcopus Eichstettensis, magna
synodus Florentiae habuit, in qua multos episcopos propter Symoni & fornicatione
damnans depositi. Hic optime rex & reformauit clerum, & multa bona fecit atque con-
sumuit. Claruit sub Henrico tertio, anno Domini M LIII.

STEPHANVS Papa nonus, Fridericus ante vocatus, monachus ordinis diuini patris
Benedicti. Statim curauit, ut Mediolanensis ecclesia, quæ à Romana ducentis fere annis se-
subtraxerat, nunc demum eidem obtemperaret, ut vero omnium ecclesiarum parenti,
Claruit autem sub Henrico huius nominis tertio anno M LVI.

Et tantum de Romanis pontificibus ex nostris tribus assumptis, iam de reliquis in Ca-
talogo obmissis, quantum nobis constare potuit, breuiter aliquid perscribamus.

BRUNO inceptor ordinis Carthusiensis, ex Colonia Agrippina oriundus, vir san-
ctus & clarissimus, tum philosophus, tum theologus, scholarum Parisiensium rector &
moderator, cum in Galliis legendis, disputando & scribendo excellensissimus haberetur,
in religio secundo & pomis eius, cum septem viris doctissimis in Heremum Cartusia seces-
sit, ibique monasterio extructo, hunc ipsum ordinem feliciter instituit. Ex eius discipulis
fuit Urbanus Papa secundus. Claruit autem Bruno, circa annum Domini M LXXXV.

HVGO de sancto Victore Parisiensi, natione Germanus, oriundus ex Saxonia fuit,
vnde nostris merito connumerandus est. Qui quanta scripsit, in Catalogo de scriptoriis
bus ecclesiasticis Trithemius noster non tacuit. Claruit autem eodem tempore, quo
Dianus Bernhardus abbas Clareuallis, anno Domini MCXX.

IOANNES ex Turghem Sucuiæ vico oriundus, primus Eichstettensis, deinde Ar-
genti-

PRO-

ADDITIONES NONVLLORVM.

gentinensis Episcopus, vir omnium tum diuinarum tum humanarum literarum doctissimus sagacissimusque non sine memoria & laude transcendus est, quamvis nihil loquuntur ad nos operum peruerterit. Vidimus Bibliam & Decretum, quæ sua manu scriptis, que hodie in Molsheim extant. Mortuus est anno Domini M. CCC. XXVIII.

JOHANNES Buridanus philosophus maximus, primum in gymnasio Parisiensi philosophiam multis annis gloriose docuit, ac deinde in vniuersitate Wienensis in Austria multos in eadem facultate non sine admiratione omnium erudiuit. Scriptis inter multa ingenii sui opulcula. Quæstiones ethica Aristotelis, solidas, veras & profundas, telle Iohanne de Gerson, cætera multa composita, nobis iam non occurserint.

APOLLONIUS summus & perspicacissimus medicus Eiffurdensis, qui in loco plurimis philosophiam docentibus perpetua stipendia instituit, quæ & magnifice dota sunt. Scriptis in sua professione nonnulla opulcula, quæ tamen in manus nostras adhuc minime venerunt.

SIGISMUNDVS Romanorum Imperator, vir tum doctrina, tum multarum li-
guarum peritia insignis: in concilio magno Constantiensi orationem latinam habuit, o-
mni religiosa pietate & vera Christiana religione plenam, quam auribus suis loães Ger-
son non sine pia compunctione se latum audiuisse narrat. Nec Dauidi sanctissimo cum
comparare dubitauit.

JOHANNES dictus Sonnemannus, id est vir Solis, ordinis fratrum beatae Marie semper virginis de monte Carmelitarum, Doctor sacrae Theologiae, conuentus Cassellensis in Hassia, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularis philosophiae interprete gregius, ingenio subtilis, sermone scholasticus, declamator sermonum popularium facilius disimus, Scriptis de decem præceptis li. i. super symbolo apostolorum li. i. de preparacione cordis li. i. de superstitutionibus li. i. de contractibus lib. i. casus contra reemptionem secundum lib. i. Sermones de tempore & de sanctis li. ii. Et alia quoque nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit in conuentu suo Cassellensi, sub Friderico imperatore tertio, anno Domini M. CCC. LX.

GERARDVS de Castris ordinis fratrum beatae Marie semper virginis, de monte Carmelitarum, prior conuentus Moguntiensis, vir doctus & eruditus, ingenio praeterea sermone scholasticus, vita quoque & conuersatione deuotus, ac regularis obseruantia cultor celeberrimus, declamator sermonum egregius. Scriptis de passione Domini lib. i. Sermones de tempore & de sanctis li. ii. Et alia non spernenda. Claruit sub Friderico imperatore tertio, anno Domini M. CCC. LXX.

GREGORIVS Heimburius non mediocris iurisconsultus & Orator, nec ab aliis (maxime Venetis) sine laude orationum suarum abscessit. Quanquam admirabile eius in-
genium non sola quidem inani verborum ventositate, sed etiam sacratissimi legibus pro-
be institutum, aliorum inuidiam sibi comparauit. Summa enim petit liuor, perflans ali-
simus venti. Orationes & epistolas varias scripsit pro defensione Sigismundi ducis Austriae.
Et appellationem à sententia summi pontificis, & alia.

JOHANNES Simlerus Argentinensis, iureconsultus celeberrimus, ingenio præfatus, eloquio discretus, prudentia summus, multas scripsit elegantissimas epistolæ, tum ad me-
tum ad alios. Et quædam alia non aspernanda opulcula, quibus viuax suum exercitavit in-
genium. Moritur sub Innocentio Papa octauo.

Habes à me nunc, candide Lector, Prosthesin, quam promisi, additionem scilicet quorundam ingenio præstantium ad Catalogum insignem reuerendi Patis Domini iohannis Trithemij, Abbatis Spanheimensis, quo viros illustres Germanie maxima alacritate descripsit. Nec dubitamus restare pene inumeros, quorum nullam fecimus mentionem: eo quod nobis corum & nomina & opulcula penitus sunt in cognita. Sed vnuquisque post nos addat quos inuenierit, & gloria Alemanorum semper aucta omnibus exteris nota fiet. Nos enim quantum nobis licuit, pro laude nationis nostræ animo promissimo laborauimus.

INDEX

IND
OPERI
MER

Admannus pres.
147.8
Adelberto Episcop
fuerit
Adelbertus Marc
cum Leibarimia
Adeloldus Episcop
quando mortuus
Adelbertus Dux B
Adelbertus Abbat
tus natus
Adelmannus, Episcop
quando clarus
Adelmu Episcop

22
Adelphus Abbas, qd
Adelungus presbiter
Adelodus Abbas qd
Adeloldus monach
quando
Adriannus papa Td
Adriannus papa prim
Adriannus papa, Ca
bardo excusat
Adelitterus a Reg
49065.45
Egidius Fabri de
178.40
Egidius Romane
gumem principiu
nitur
Aribaldu fit Rex L
Aribaldu susu fit xx
facit
Aribaldus Episcop
regnatur
Agnes imperatrix,
Agnes & Beatri
Schryeri baptiz
Alanus de Insulis, e
rit
Alanus de Rupe mo
nius, quid scripsit
Alarius Rex Gorba
Alarius VVifogatu
Alarius Rex VVifogatu
16. Galliam pro
Honori imperat
urbem Romam
gum facit ibid.
Alanus apud Nog
tum
Abericus Roxianu